



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. VIII. Ad cap. V. de in integr. rest.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

C A P. VIII.

Ad cap. V. de in integr. rest.

S U M M A R I A.

1. Burgi, urbs Archiepiscopalis. 4. Ejus suffraganei.
 2. A jure Metropolitano exempta. 5. Oviedense monasterium.
 3. A Gregorio XIII. Archiepiscopalis facta. 6. Inscriptio capituli.

Sulscitatâ super diversis articulis inter Burgensem Episcopum & Ovienſe monaſterium ſuper libertate & ſtatu monaſterii, ſententia definitiva lata fuit à ſummo Pontifice. Contra ſententiam petita reſtitutio in integrum propter omiſſam exceptionem præſcriptionis. Burgi, hodiè Burgos, urbs Archiepiscopalis Hiſpaniæ, caput regni Caſtellæ veteris. Eò, anno 1075. ab Alphonſo VI. Rege Hiſpaniarum Eccleſia Auſceniſis translata eſt, Urbano II. Pontifice confirmante, qui eam ab omni jure metropolitano exempt, cum antea Tarraconenſi Archiepifcopo ſubdita fuiſſet, Romanæque ſedi immediatè ſubjecit. Demum Philippo II. Rege poſtulante in archiepifcopalem ſedem ſublimate eſt à Gregorio XIII. attributis illi ſuffraganeis duobus, Pampeleonenſi & Calegurritano. Sed acta Eccleſiæ hujus ad urbem miſſa addunt tertium, Palentinum. In hac diœceſi numerantur XIII. Eccleſiæ collegiatæ, in Metropolitana autem ſunt XLIV. Canonicatus, præter Decanatum, ut Miræus refert. Pro Ovienſi legendum puto Oviedenſe, Ovetum, Oviedo, urbs Epifcopalis Hiſpaniæ, ſub Archiepifcopo Compoſtellano. Fuit aliàs urbs caput & regia regni Ovetani, quando poſt obitum Roderici Gothorum Regis ultimi chriſtiani à Mauris expulſi & in Aſurias coacti Principem Pelagium elegerunt, qui Ovetanum regnum inſtituit. Inſcriptio autem hujus capituli ex regeſto Innocentii XIII. *epiſt. 59.* reſtituenda eſt hoc modo: *Innocentius III. capituli Zamorenſi & Legionenſi Epifcopis.*

Burgi, urbs
Archiepi-
ſcopalis.A jure Me-
ropolitano,
exempta.A Gregorio
XIII. Ar-
chiepiſco-
palis facta.Ejus ſuffra-
ganei.Oviedenſe
monaſteriũ.Inſcriptio
capituli
ſupplenda.

CAP. IX.

Ad capitulum VII. de reſt. in integr.

S U M-